

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Fides siue fidelitas c  
cum uariis

Nulle maiores diuicie, nulli thesauri, nulli honores, nulla huius mundi maior est  
substantia quam est fides catholica que peccatores homines saluat, cecos illuminat,  
infirmos curat, cathicuminos baptizat, fideles iustificat, penitentes reparat, iustos  
augmentat, martyres coronat, uirgines et uiduas et coniugales casto pudore conseruat,  
clericos ordinat, sacerdotes consecrat, in eterna hereditate cum sanctis angelis collocat.

Augustinus de uerbis Domini.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

cecos] cecas (*cor. supra lin.*) C; fideles] fides L<sup>2</sup>